



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Cyrillo ep[iscop]o alexandrino. Cap[itulum]. xliij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Libertus

Tunc frater laodiceus: fuit ora coram lapidibus contudit: et postmodum illos in carcere recitavit: ubi a sancto marcello papa baptizati sunt: post dies. xij. educti de ergastulo subire prefecro fustibus ceduntur: deinde in equiteo levati: tandiu plubatis contusi sunt: donec spiritum emisissent. Quorum corpora Johannes presbyter sepeliit via numerana ad nymphas beati petri. iij. kalen. februarj.

De sanctis flaviano et socijs
martyribus. Cap. xli.

Flavianus: maximus: secunda: calcedinus: marcus: et severa cum alijs multis martyribus passi sunt sub maximo et claudio imperatoribus: constantino imperatore magno iam a militibus apud galliam in imperium sublimato. Quorum primo maximus comes millenarius erat ab infantia sua christianus et parentibus christianis exortus centum et viginti et suis militibus conversos a sancto marcello papa baptizari fecit. Quod audies maximianus eundem maximum comprehensum una cum diebus centum et viginti militibus dnavit ad harenam fodiendam. Et post menses. ix. dum marcus tribunus coperisset: et maximus comes ceteros suos milites qui ex millenario residui fuerant: qui ad eum visitandum accesserant converteret: fecit maximus in carcere mitti: deinde eductus fustibus cedi iussit: et dum cederet tribunus excecatus est. Quod maximianus imperator audies et moleste ferens maximus comitem cum centum et viginti militibus ad harenam dnavit: fecit decollari. Reliquos vero et mille militibus conversos in harenario missos: flammis iussit incendi. Quorum corpora sanctus marcellus papa cum iohanne presbytero sepeliit in loco cucumeris secundo miliario ab urbe post duos menses maximianus moris: et claudius rome in imperium exaltatus: qui audies secundam uxorem quondam maximi comitis cum filiis esse christianas: fecit eas teneri: et filios eius calendinum et marcum ac filiam eius severam. Qui dum sibi presentati essent secunda inter manus eam teneri iussit spiritum. Flavianus autem vicarius imperatoris qui ei assistebat: cum vidisset angelos qui super capita filiorum secunde orantium manus tenebant. et ipse conversus est: et a theodoro presbytero baptizatus cum omni familia sua. Quod audies imperator claudius flavianum cum omni domo sua detentum centum cellis adduci mandavit: et ibidem omnes pariter capite cedi. Beatos vero calendinum et marcum atque severam olim maximi filios miliario. xxv. ab urbe infra mare deferrari ibique tandiu plubatis cedi donec spiritum exalarunt. Quorum omnium corpora in loco qui dicitur pignus: sepulta sunt a christianis. Horum omnium martyrium passio collitur. iij. kalen. februarj.

De sancto Sabiano martyre. Cap. xliij.

Tertius

Sabianus martyr passus est in territorio trecastino sub aureliano imperatore: qui dum in partibus hispanie et gallicie resideret: et ad trecastinam civitatem devenisset: sabianum detentum et christum predicantem decollari fecit. Ibiq; sepultus est. iij. kalen. februarj.

De sancto Cyrillo episcopo alexandrino. Cap. xliij.



Cyrillus episcopus alexandrinus pro catholica fide preclarissimus extitit propugnator: variatibus rerum tractat: edidit divina et humana pollens. Homelias composuit: que ad declamandum a grecis episcopis commendantur. Ex parte dicitur et libri eius de synagoga defectu.

Et adversum hereticos precipue contra nestorium liber que elegios intitulat: in quo nestorii ocula padunt: et perita profuturant. Item ad nestorium epistolam duas misit: in quibus illius dnavit errores. Item ad iohannem episcopum antiochenum epistolam scripsit plures. Item thesaurorum libros xxij. Contra iulianum imperatorem libros viij. Super marcum libros xij. Super iohannem libros. ix. Item librum proposneticon ad theodosium imperatorem. Scripsit et alia creditur: que adhuc ignoscantur a nostris. Quereuit in pace sub theodosio fenore. iij. kalen. februarj.

De sancto Cyrillo episcopo hierosolymitano. Cap. xliij.



Cyrillus episcopus hierosolymitanus sub theodosio primo imperatore episcopatum tenuit in concessum: cum prius sepe pulsus et receptus fuit. Dulius tempore beatus hieronymus ab urbe roma digressus venit ad syriam: et a cyrillo episcopo locum obtinuit iuxta bertheleem oppidum monasterij construendi: ubi sacre scripture libros transtulit de hebreo in grecam linguam pariter et latinam. Dulius et ipse episcopus amicissimus extitit: et perfecti episcopalis regiminis ab eo regulam sumpsit. Pluribusq; illum gratis visitavit epistolis: cum et hieronymus multa remisit. Hic quoque corpus beati hieronymi sepeliit: et in eius transitu felici miracula de illo visionem conspexit: ut dicitur in eius legenda. ii. kalen. octobris. Augustinus quoque hipponeis. episcopus cyrillo epistolam misit: in qua ab eo instanter expetit: ut miracula que apud bertheleem per beatum monstrabantur hieronymum sibi transcriberet. Cui cyrillus epistolam peritram et facundo digestam illo remisit: in qua sibi stupenda prodigia meritis almi do-